

SCIENTIA
SALUTE
POPULIQUE
LIBRARY OF
THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN
Special Book Fund
1910
Septemb'1897
R.W. Gibson. Invt

PRODROMUS

FLORAE

PROVINCIAE COMENSIS.

PLANTARUM

A JOSEPHO COMOLLIO M. D.

IN LARIENSI PROVINCIA LECTARUM

ENUMERATIO

QUAM IPSE IN BOTANOPHILORUM USU
ATQUE COMMODO EXHIBET

UTI

PRODROMUM FLORAE COMENSIS.

NOVO-COMI
EX TIPOGRAPHIA C. PETRI OSTINELLI
MDCCCXXIV.

PRAEFATIO

Cum primum a Munificentia Augustissimi Optimique IMPERATORIS ac REGIS nostri Medicus Provincialis renuntiatus fui, in animum induxi ea recolere et persequi studia, quae pro temporum qualitate neglecta jacuerant, atque vegetabilium, quae effuso gremio natura in multis nostrae ditionis partibus alit augetque, penitus inquirere species, ut officio simul et propensioni satisfacerem. Haud enim poteram ita facile pati, divitias ultro vel ipsis oculis occurrentes illorum, qui paullum laboris in peragrationibus instituendis non abhorrent, parvifieri, et negligi; quamobrem montium atque vallium anfractus, locosque collinos ac planos percurrere iterum incoepi, posteaque diversis annorum temporibus, et cum exitu sat felici perlustravi, ita ut ab anno 1821 ad exeuntem plus 1300 stirpium species collegerim.

Inter montes, qui mihi perscrutanti uberiorem exhibuerunt messem, enumerari merentur illi, qui ad lacum Larium, ad Valles *Intelevinam*, *Caverniam*, *Saxinam*, *Minacensem*, *Assinamque* pertinent. Silentio praeterire haud licet alios provinciae montes, uti illum *Leuco* imminentem *Resegone* nuncupatum, alterosque fere ad extremitatem Larii lacus septentrionalem supra pagos *Garbadonae*, *Domasii*, atque *Livii* positos, cum plurimas rariores plantas alant.

Quamvis in praesens consilium mihi non sit universae provinciae topographiae rationem hic reddere, tamen abs re non puto aliquot de praecipuis montibus, de illorum positione, altitudine, vegetatione, et formatione verba facere. (*).

Lineo vulgo *Legnone*, ad Larii finem ex parte Orientem atque Septentrionem spectante situs, fastigium suum 8040 pedes parisienses supra mare mediterraneum juxta ultimas mensuras trigonometricas attollit. Mons iste regionem alpinam vel subnivosam attingit, nam in ejus summitate nix julio labente omnino liquescit, et tantum in sinubus atque locis sole

---

(*) Montium altitudinum indicationes mihi comiter praestantissimus Amicus et Botanophilus Dynastes Weldenius suppèditavit; notitias vero de formatione aliquorum, quos non lustravi, montium praebuit Dominus Julius Curionus diligentissimus mineralium provinciae studiosus; quibus viris gratias ago quam maximas in devoti animi argumentum.

fere invisis permanet. In editioribus jugis herbae pumiliones solum proveniunt, e. g. Achillea *nana*, Anthirrinum *alpinum*, Arenaria *biflora*, Anthericum *serotinum*, Azalea *procumbens*, Arbutus *alpina*, Aretia *alpina* et *vitaliana*, Androsace *imbricata* β *Decandolle*, vel Aretia *tomentosa Schleicher*, Cherleria *sedoides*, Myosotis *nana*, Pyrethrum *alpinum*, Senecio *abrotanifolius*, Ranunculus *glacialis*, Silene *acaulis*, Juniperus *nana*, rariores Saxifragarum atque Salicum species, aliaeque stirpes non communes, de quibus suâ vice erit verbum. In humilioribus partibus arbores et frutices montium atque collium incolae crescunt, uti Fagus *sylvatica*, Castanea *vesca*, Corylus *Avellana*, Tilia *europaea*, Quercus *Robur*, Cytisus *Laburnum*, Sorbus *Aucuparia*, Pyrus *Aria ec.* atque cum mediam pertingeris altitudinem, Pinus *Abies Larix Picea Mughusque*, Daphnis *Cneorum*, Salix *retusa*, Rhododendron *ferrugineum*, et Betula *nana* tibi obversantur.

Elevationis atque vegetabilium rariorum causâ aliorum montium numero post *Linconem*, *Codenus* vel *Grinea, (la Grigna)* lacum inter et Vallem *Saxinam* positus se excerpit. Pedes 7428 ad verticem septentrionalem, et 6760 ad meridonalem altus, ipse pariter ad alpes summas referendus est. In editis illius jugis, ad quae ex partibus *Mandelli* et *Esini* per vias non difficiles

ascenditur, nonnullae species ex raris in occursum veniunt, quae rupium crepidines colunt, uti Dryas *octopetala*, Lychnis *alpina*, Centaurea *Rhapontica*, Potentilla *nitida*, Papaver *aurantiacum*, Aquilegia *pyrenaica*, et Globularia *nudicaulis*. Quamvis mons iste regionem nivosam haud pertingat, tamen glacies in quodam antro Septentrioni obverso toto anno perdurat, ita ut aëris temperies in illo etiam calidiore aestate ad 2 vel 3 gradus supra 0 thermometri *reaumuriani* constanter permaneat.

Contra montem, de quo sermo fuit, ab Oriente ad Septentrionem Vallis *Saxinae* montes consurgunt, qui catenam satis longam consituunt. Sed de illis nunc taceam, cum omnes adhuc rimatus non sim, et solum alpem *Biandino*, prataque circumstantia perscrutaverim, ubi Gentianam *nivalem*, Cardaminem *asarifoliam*, Bupleurum *caricifolium*, Laserpitium *pilosum*, Drabam *aizoidem*, Lepidium *alpinum*, Cerastium *alpinum*, Betonicam *hirsutam*, Ligusticum *austriacum*, Seseli *multicaule Retz*, Seseli *pumilum*, Saxifragam *stellarem*, atque Aconitum *Callibotryon Reichenbach* decerpsi. Vallem, de qua loquor, mediam interlabitur fluvius *Pluvierna*, cujus in alveo Salix *rosmarinifolia*, Hippophaë *Rhamnoides*, et Tamarix *germanica* proveniunt.

Cum montibus praedictae Vallis se jungit *Resegone* ob serratam ejus verticis formam ita

vocatus, qui ad Orientem *Leuci* situs summum jugum ad pedes 5778 extollit. In hujus montis cacumine, quod ex pago *Morterone* facile est pervium, complures stirpes haud communes incolunt, et Saxifraga *mutata*, Allium *pedemontanum*, Phyteuma *comosa*, Buphtalmum *speciosissimum*, Campanula *Rainerii*, Carex *baldensis*, et Potentilla *nitida* magnâ copiâ nascuntur.

A dextera Larii parte *Mandello* obversa commodum est iter, quod ad cornigerum montem *Canzo* ducit, cujus elevatio 4230 pedes attingit. Prata atque pascua jugis subjecta tam a septentrionali quam a meridionali latere complurium herbarum alpinarum scatent. Vegetatio in hoc monte praecox est, cum nix exeunte aprili vel majo ineunte omnino evanescat. Hoc tempore florentes plerumque occurrunt Primula *Auricula*, et Primula *glaucescens Morettii*, Ranunculus *Thora*, Anemone *alpina*, Viola *gracilis Smith*, Atragene *alpina*, Rhamnus *pumilus*, Iris *graminea*, et pulcherrima Saxifraga *Vandellii* nullibi hactenus in provincia detecta. Praeter has species serius erumpunt ex rupium hiatibus Campanula *Rainerii*, Buphtalmum *speciosissimum*, Bupleurum *petraeum*, Spartium *radiatum*, Saxifraga *caesia*, Phyteuma *comosa*, Aquilegia *pyrenaica*, atque formosum Allium *pedemontanum*.

Ad occidentem montis *Canzo* in conspectum venit Mons *Sancti Primi* Vallem *Assinam* inter et lacum Larium situs, qui supra mare pedes 4914 eminet. In illo potissimum ex parte *Leceno* imminente permultae alpinae atque montanae stirpes vivunt, et Buphtalmum *speciosissimum*, Campanula *Rainerii*, Phyteuma *comosa*, atque Carex *baldensis* magnâ copiâ crescunt. Species istae usque ad oras lacus descendunt, et uberrime reperiuntur in *Crosgalliis* saxis. Ad hujus montis cacumen accessus arduus non est, vel ex *Bilacio* vel ex *Sormanno* conscendatur. In via multa obversantur prata atque pascua tantum a meridie quantum a septentrione conversa, in quibus satis divitem vegetabilium messem botanophilus colligere potest. In planitie *Tivano* nuncupata, quae in medio montanae convallis haud procul a *Zelbio* supra *Nessum* jacet, et a lacu pedes 3566 elevatur, multae officinales, atque tinctoriae species obviam veniunt, uti Aconitum *Napellum* et *Lycotonum*, Arnica *montana*, Gentiana *lutea asclepiadea cruciata* et *amarella*, Veratrum *album*, Astrantia *major* et *minor*, Actaea *spicata*, Digitalis *lutea* et *ambigua*, Ranunculus *Thora*, Carlina *acaulis*, Trollius *europaeus*, Serratula *tinctoria*, Genista *tinctoria ec.*

A planitie praedicta ex occidentali parte descendens *Nessum* pervenitur, a quo brevis

est transitus ad oppositum *Arcenii* pagum Valli *Intelevinae* conterminum. Vallis ista Larium inter et Ceresii lacum posita satis amoena atque fertilis est, quamvis in superioribus partibus vites non recipiat. In sylvis atque nemoribus, quae usque ad terminum arboreum occurrunt, Fraxinus *excelsior*, Pyrus *Aria*, Sorbus *Aucuparia*, Corylus *Avellana*, Castanea *vesca*, Fagus *sylvatica*, Cytisus *Laburnum*, Quercus *Robur*, Quercus *pedunculata*, Acer *pseudoplatanus*, Alnus *glutinosa* et *incana*, Carpinus *Betulus*, atque Populus *alba* et *tremula* abunde reperiuntur. *Juglans regia* circa pagos colitur, et cum illa Pyrus *Malus*, atque Prunus *Cerasus*. Montes hujus convallis attente perscrutari merentur, cum in illis plura sint prata atque pascua herbarum pulchriorum feracissima. Inter hos principem tenet locum mons *Generosus* vulgo *Galvagione* vocatus, qui fastigium suum ad pedes 5356 extollit, atque versus solis occasum super Ceresii lacum eminet. Specierum ditissimus horti fere imaginem refert, tanta est illius vegetationis varietas et copia. Praetermissis stirpibus aliis montibus communibus illas solum enumerabo, quae rariores, atque alibi inventu haud faciles sunt. In pratis, quae adscendenti obveniunt, permultae umbelliferarum stirpes alpinae reperiuntur, inter quas recenseri oportet Laserpitium *Gaudinii*, quod hactenus monente

Amico carissimo *Morettio* cum Laserpitio *trilobo* male confusum fuit, Laserpitium *latifolium*, Selinum *austriacum Willd.*, Ligusticum *apioides Decand.*, et Ligusticum *peloponnense Linn.*, Astrantia *minor*, Bupleurum *stellatum*, atque Carum *Carvi*. In summo cacumine crescunt Serratula *discolor Willd.*, Saxifraga *oppositifolia*, Campanula *coespitosa Scop.*, et Campanula *linifolia Villars*, Rhamnus *pumilus*, Salix *lapponum*, Cineraria *aurantiaca*, Achillea *Clavennae*, Primula *Auricula*, Thesium *alpinum*, atque Pediculares *rostrata fasciculata foliosa* et *incarnata*. In pascuis *Orimento* vicinioribus abundant Hippochoeris *helvetica*, Carduus *pannonicus*, et Carduus *transalpinus Suter*, Anemone *narcissiflora* atque *sulphurea*, Hieracium *villosum*, H. *amplexicaule*, Anthericum *Liliastrum* et *Liliago*, Orchis *nigra*, Veratrum *album*, Uvularia *amplexifolia*, Gentiana *purpurea* et *utriculosa*, aliaeque hujus generis species, quas brevitatis ratione taceam.

Occidentem atque Septentrionem versus montes *Caverniae* Vallis assurgunt, ad quorum vertices ex *Porletia*, *Rhaccionico*, *Cremia*, et *Dunco* per vias non difficiles ascenditur. Horum montium acies altissima *Pizzo di Gino* vulgo nuncupatur, quae 6972 pedes elevationis supra mare mediterraneum pertingit. Ad ejus fastigium

haud paucae rariores species observantur, uti Bartsia *alpina*, Arenaria *biflora*, Iberis *rotundifolia*, Ranunculus *glacialis*, Anemone *alpina*, Anthericum *serotinum*, Pyrethrum *alpinum*, Apargia *crocea*, Draba *Aizoides*, Daphne *Cneorum*, Lepidium *petraeum*, Azalea *procumbens*, Senecio *abrotanifolius* et *incanus*, pluresque Saxifragarum species. In regione Abietis vivunt Pinus *Larix Picea* et *Mugho*, Rhododendron *ferrugineum* ac *hirsutum*, atque Fagus *sylvatica* ex arborum fruticumque familia; ad radices vero horum montium usque ad mapalia, quae a pagis parum distant, luxuriantur Castanea *vesca*, Corylus *Avellana*, Acer *Pseudo-Platanus*, Acer *Platanoides*, Cytisus *Laburnum*, Tilia *grandifolia* et *parvifolia Hoffm.*, Quercus *Robur* atque *Cerris*, Carpinus *Betulus*, Sorbus *Aucuparia*, Populus *alba*, Pyrus *Aria ec.* In hac convalle, quae nec vites nec moros alit, coluntur Secale *cereale*, Hordeum *vulgare*, Cannabis *sativa*, Solanumque *tuberosum*.

Alpes Vallis *Caverniae* magis septentrionales transeuntibus in conspectum se se offert *Sancti Jorii* mons convallibus *Dunci*, et *Zebiascae* in helvetica ditione conterminus, cujus altitudo 6096 pedum est. In ejus cacumine proveniunt Phellandrium *Mutellina*, Apargia *crocea*, Achillea *macrophylla*, A. *moschata*, Arabis *alpina*, Arnica *Doronicum*, Astragalus *montanus*, atque Azalea

procumbens, praeter alias stirpes alibi etiam vulgares. In descensu omnes arbores atque fruticees regionibus subalpinis et montanis propriae satis copiose obversantur. Transactis vicis *Garzeno* atque *Germasino* in occursum venit *Duncum* oppidum fodinis martialibus, clibanisque memorabile, atque vino, frugibusque ubertosum. Post hoc *Garbadona* atque *Domasium* oppida aedibus, vinetis, atque industria merito clara sinuatis ripis in longum producuntur, quibus montes asperi et cautibus horridi supereminent. Ad illorum fastigia altitudine *Caverniae* montes aequantia per vias arduas pervenitur vel ex parte *Livii*, vel ex illa *Bugialli* adscendatur. Sed de omnium vegetatione modo verba non faciam, cum cacumen mapalibus *di Arengo* imminens solum perlustraverim. In hoc plures mihi occurrerunt species, quas infrequentiae causâ nefas est praeterire silentio. Inter rupium hiatus Sedum *Rhodiola*, Allium *Victorialis*, Aretia *helvetica*, Empetrum *nigrum*, Arenaria *laricifolia* et *saxatilis*, permultae Saxifragarum species aliaeque stirpes cum *Lineone* communes hîc crescunt. In pratis et pascuis jugo subjectis plura vegetabilia alpina formâ non ignobilia collegi, uti Bupleurum *caricifolium*, Betulam *nanam*, Juniperum *nanam*, Anthemidem *alpinam*, Arenariam *bifloram*, Cherleriam *sedoidem*, Cerastium *alpinum*, Gnaphalium *Leontopodium*,

Veronicam *aphyllam*, Valerianam *celticam*, Senecionem *incanum*, Silenem *acaulem*, Anthericum *serotinum*, Ranunculum *glacialem ec. ec.*

Postquam de praecipuorum atque magis memorabilium provinciae montium vegetatione verba fecerim, necessarium censeo aliquid dicere de illorum conformatione et natura. Cum Ditio Comensis, inter latitudinis 45 et 46 atque longitudinis 26 et 27 gradus sita, alpibus ex septentrione, atque langobardae planitiei ex meridie finitima sit, omnes fere a geologis lapides atque terras distinctas comprehendit. In superioribus Larii partibus Rhaetis conterminis Granita, atque Schisti micacei reperiuntur, observanturque in inferioribus meridiem versus Schisti argilloso-micacei, qui non paucam occupant plagam. Montes *Domasio*, *Garbadonae*, et *Coleco* imminentes ex hisce petris constant, quae in Vallem *Saxinam* usque, et prope *Minacium* se se extendunt. Inter hos altitudine et formâ memorabiliores sunt *Saxum acutum* in *Livii* convalle, quod nucleum graniticum habet, atque *Lineo*, cujus solum ad schistosum micaceum pertinet. Montes hujuscemodi formationis fodinis ferreis et cupreis abundant, quarum numerus in Vallibus *Dunci*, *Caverniae*, atque *Saxinae* notabilis est. Oportet hîc monere cuprum quod effoditur sulphuri conditionem praebere, atque ferrum illam carbonati.

et solum martem ocraceam exhibere compositionem loco *Cajetae*, et sulphuratam in Valle *Saxina*.

Montes, qui praecedentes consequuntur, atque ad fines *Briantiae*, et agri *Varisiensis* se extendunt, omnes ex carbonatis calcaribus sunt constituti, atque ad secundarias spectant formationes. Carbonata haec revera omogenea non sunt, cum a calce carbonata compacta in alluminiferam bituminosam facile transmutentur. Inutile haud puto hîc dicere, formationem istam calcarem in primigeniorum montium dorsum impositam fuisse, atque a primordiis etiam in illos *Domasii* incubuisse, cum tantum illic, quantum in montibus inferioribus eorum vertices fere omnes ex carbonata calcare congerie obtecti videantur. Pluviae aliaeque meteorae, cum partes sublimiores continuo solverent atque in imum conjicerent, subjectum primarium Schistum enudavere, quod de carbonatis calcaribus montium primigeniorum summitati impositis non accidit. Si vero in horum regionibus magnae carbonati calcaris secundarii moles nunc reperiuntur, haud infrequens est enudatam in regionibus calcaris secundarii massam schistosam primitivam conspicere, quae in hoc casu basin montium transitionis constituit. Ex hisce calcareis secundariis montes *Codeno*, *Resegone*, *Generoso*, *Bisbino*, et *Canzo* constant, in

quibus crebro plumbei sulphureti fodinarum indicia observantur, quae etiam extant prope oppidum *Mandello* et pagum *Viconago*, quibus in locis defossio incoepta relicta fuit, nescio an susceptorum imperitià, vel malae administrationis causâ.

In partibus provinciae magis ad meridiem et orientem conversis, ubi solum calcare secundarium deest, colles haud pauci obviam veniunt ex pudinga polygenia compositi, uti sunt illi Como viciniores, et *Briantaci*. Nonnullae ex his pudingis ope coementi argillacei, aliaeque calcaris connectuntur, originemque trahunt recentiorem ex lapidea varii generis congerie calce mixta, quae ab aquis stagnantibus lacus antea forsitan conficientibus suppeditata fuit.

Montibus secundariis praedictis, atque pudingis vetustioribus maximum argillae sedimen incumbit, quae meridiem versus ita se extendit, ut fere omnis langobardae planitiei solum constituat. Terra haec variis in locis diversas vestit formas, cum modo ferro hydrato onusta sit, modo heterogeneas partes excludat, ut bene ad vasa fictilia componenda se se accommodet, modo denique massam compactam in strata dispositam efficiat.

Ad perfectam provinciae topographiae imaginem reddendam oporteret de collibus, la-

cubus, fluviis, vallibus, planitie, paludibusque omnibus verba facere. Sed haec praetermittere nunc licet, cum omnes ditionis partes adhuc non peragraverim, cognitionesque ad hoc opus conficiendum necessariae in praesens mihi desint.

Antequam vero sermoni finem adhibeam, monitos volo lectores, me in prodromum hunc elaborando systema immortalis *Linnaei* secutum esse, et generum specierumque nomina ex operibus celeberrimi *Willdenovii* fere omnia deprompsisse. Descriptiones stirpium, atque synonymiam omisi, et solummodo illarum, quas ipsemet vel legi vel vidi, enumerationem exhibui, stationem atque inflorescentiae tempus indicavi, ut botanophilorum commodo inservirem. Meis non credens viribus in dubiis speciebus statuendis humanitate praestantissimorum botanicorum Dynastis *Weldenii* montis *Rosae* topographi solertissimi et *Morettii* in Ticinensi Athenaeo rei agrariae Professoris celeberrimi usus sum. Amicorum carissimorum consiliis praesidiisque suffultus, pro quibus gratias ago quam maximas, opellae meae manum imposui, et illam ut potui absolvi spe fretus (cum plantarum, et ex illis rariorum, sponte in provincia crescentium indicem a nemine usque adhuc editum spectet) acceptam atque non inutilem in peragrationibus fore illis, qui montes nostros

perscrutari ad herbarum messem faciendam sibi propositum habeant.

Si fata adversa mihi non erint, et omnes provinciae partes rimari concedant, majoris momenti opus aggrediar, universamque Comensem Floram elucubrabo, et in lucem proferam fidens aliquid utilitatis, nec non delectationis botanophilis, medicis, atque pharmacopolis allaturam, cum in illa vegetabilia clymate et statione dissimilia, ex quibus pleraque viribus medicinalibus praestantissima, enumerata viderint, quae apud nos multis in locis optime crescunt, et mirâ varietate montes asperos exornant.

CL. I. MONANDRIA.

MONOGYNIA.

1. HIPPURIS *vulgaris Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 26.*
Habitat in fossis aquosis prope Comum, et in lacubus Provinciae. Floret majo, junio, julio.

DIGYNIA.

2. CALLITRICHE *verna Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 28.*
Crescit in fossis aquosis et floret primo vere.
3. CALLITRICHE *autumnalis Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 29.*
Abundat in fossis aquosis locorum planitiei. Autumno floret.
4. BLITUM *virgatum Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 30.*
Legi *in Valsolda* locis aridis prope lacum. Fl. junio, julio, augusto.

CL. II. DIANDRIA.

MONOGYNIA.

5. JASMINUM *officinale Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 40.*

Crescit in sepibus multis in locis Larii Lacus, et in collibus circa Comum. Floret junio, julio.

6. LIGUSTRUM *vulgare Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 41.*

Commune in sepibus floret aestate.

7. OLEA *europaea Linn. sp. pl. ed. Willd. T. 1. p. 44.*

Colitur multis in locis Larii Lacus et *in Valsolda.* Fl. junio. Dantur multae varietates.

8. SYRINGA *vulgaris Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 48.*

Sponte crescit in sepibus et sylvis circa Comum, *Torno* et *in Tremezzina.* Fl. aprili, majo.

9. CIRCAEA *lutetiana Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 53.*

Abundat in locis umbrosis circa Comum, prope *Canzo*, et in Valle *Intelvi.* Fl. junio, julio.

10. CIRCAEA *alpina Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 53.*

Oritur copiose in Montibus vallium *Intelvi*, *Cavargna*, et *Sasina,* atque floret julio, augusto. Haec species adscendit a termino Juglandis usque ad regionem subàlpinam.

11. VERONICA *spicata Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 56.*

Occurrit satis frequens in montibus *Corni di Canzo*, *Generoso*, et etiam in collibus *della Tremezzina*, atque *in Colico* ad radicem arcis *Fuentes*. Floret junio, julio.

12. VERONICA *officinalis Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 59.

Crescit in sylvis montanis prope Comum, aliisque provinciae locis. Fl. junio, julio, augusto.

13. VERONICA *aphylla Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 60.

Inveni in montibus *Legnone*, *Corni di Canzo*, *Generoso*, *Grigna*, *Pizzo di Gino* ec. ubi se extendit a regione Fagi usque ad alpinam inferiorem, et subnivosam. Fl. junio, julio.

14. VERONICA *fruticulosa Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 61.

Reperi inter saxa montium *di Mandello*, *Cavargna*, *Dongo* ec. Haec species occurrit a regione Fagi usque ad subnivalem. Fl. junio, julio.

15. VERONICA *alpina Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 63.

Nascitur in summis jugis montium Lacus Larii. Ego illam decerpsi florentem julio ad saxum supra *Musso* et *in Costa piatta* prope montem *Bellorona* dictum supra regionem Fagi.

16. VERONICA *serpillifolia Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 64.

Provenit ubique in pratis et in agris planitiei. Fl. vere.

17. VERONICA *Beccabunga Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 64.

Habitat in rivis et in fossis aquosis planitiei ubique. Fl. majo, junio, julio.

18. VERONICA *Anagallis Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 65.

Crescit in fossis aquosis et rivis. Fl. majo, junio, julio, augusto.

19. VERONICA *scutellata Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 65.

Haud rara ad oras lacuum *del Segrino* prope *Canzo*, *d' Alserio* prope *Erba*, *di Oggionno*, et in locis planioris Provinciae palustribus. Fl. majo, junio.

20. VERONICA *Teucrium Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 66.

Reperitur satis copiose in pratis et in sylvis humilioribus prope Comum. Fl. aprili, majo, junio.

21. VERONICA *Chamaedrys Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 69.

Oritur ubique in pratis et pascuis. Fl. majo, junio.

22. VERONICA *urticaefolia Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 70.

Abundat in umbrosis montium circa Comum, *a S. Maurizio* supra *Brunate*, *al Pertuso* supra *Blevio*, et in locis humentibus montis *Generoso* in regione Fagi. Fl. majo, junio, julio.

23. VERONICA *agrestis Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 72.

Frequens in agris, in hortis, et in ruderatis. Fl. primo vere.

24. VERONICA *Buxbaumii Tenore. Fl. Neapol. T. 1. p. 7. Moretti in Bibliot. ital. T.* XX. *p.* 80.

Occurrit in agris. Fl. vere et aestate.

25. VERONICA *arvensis Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 73.

Habitat in arvis cultis ubique. Fl. martio, aprili.

26. VERONICA *hederifolia Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 73.

In hortis, agris, et ruderatis ubique. Fl. primo vere.

27. VERONICA *triphyllos Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 74.

Communis in agris. Fl. primo vere.

28. GRATIOLA *officinalis Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 102.

Habitat in multis Provinciae locis paludosis, et ad lacuum oras. Fl. majo, junio, julio, augusto.

29. PINGUICULA *vulgaris Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 110.

Crescit in locis udis montium Vallium *Intelvi*, *Sasina*, ec. in regione Fagi. Fl. majo, junio.

30. PINGUICULA *grandiflora Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p*, 110.

Legi in montibus Vallis *Cavargna*, *Tabano*, *Piazza Vachera* regionem alpinam inferiorem attingentibus. Fl. junio, julio.

31. PINGUICULA *alpina Linn. spec. pl. ed.* 3. *p.* 25. P. *flavescens Schrader* germ. 1. p. 53.

Habitat in montibus *Canzo*, *Generoso*, *Codeno* a termino Fagi usque ad regionem Mughi. Fl. junio, julio.

32. UTRICULARIA *vulgaris Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 112.

Crescit in fossis aquosis prati *Pagano* et in locis humidis *del Bassone*, *della Cà Franca* prope Comum. Fl. majo, junio, julio.

33. UTRICULARIA *minor Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 112.*

Inveni cum praecedenti iisdem in locis sed rarius. Copiose mihi occurrit in uliginosis prope Lacus *di Alserio*, *del Segrino* et in palustribus *alla Cà Morta* prope Comum. Fl. majo, junio.

34 VERBENA *officinalis Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 120.*

Nihil vulgatius passim ad vias et in ruderatis planitiei. Fl. junio, julio.

35. LYCOPUS *europaeus Linn. Spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 120.*

Habitat ad fossarum margines, et in locis humidis umbrosis prope Comum et *Canzo*, atque in planitie *di Colico*.

36. SALVIA *pratensis Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 135.*

Frequens in pratis ubique. Fl. totâ aestate.

37. SALVIA *glutinosa Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 143.*

In locis collium et montium umbrosis oritur, et floret julio, augusto.

38. SALVIA *verticillata Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 142.*

Reperitur ad margines agrorum in collibus circa Comum. Fl. julio, augusto.

DIGYNIA.

39. ANTHOXANTHUM *odoratum Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 156.*

Crescit in pratis ubique. Fl. primo vere.

CL. III. TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

40. VALERIANA *rubra Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 175.*

Reperitur in locis aridis et saxosis inter *Sala* et *Spurano*, et supra *Lenno* et *Bonzanigo in Tremezzina.* Inveni etiam *a S. Salvatore* supra *Erba.* Fl. majo, junio.

41. VALERIANA *dioica Linn. Spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 176.*

Habitat in locis uliginosis. Vidi sat copiose in sylvis prope Laculum *di Montorfano.* Floret aestate.

42. VALERIANA *officinalis Linn. Spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 177.*

Provenit copiose in sylvis et in pratis collium et Montium prope Comum, et abundat ad agrorum margines *a Blevio.* Fl. majo, junio.

43. VALERIANA *tripteris Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 177.*

Crescit inter saxa et rupium rimas in Montibus *Canzo, Generoso, S. Primo*, et descendit a regione subalpina usque ad illam Fagi, atque ad oram Larii Lacus *alle Crosgalle* prope *Bellagio.* Fl. majo, junio.

44. VALERIANA *saxatilis Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 179.*

Prodit e rupium fissuris montium Larii Lacus, Vallium *Cavargna* et *Sasina*, qui ultra 6000 pedes supra mare se se extollunt ec. Fl. majo, junio, julio.

45. VALERIANA *olitoria Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 183.

Communis in arvis cultis inter segetes. Fl. aprili, majo.

46. POLYCNEMUM *arvense Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 192.

Habitat in arvis aridis collinis prope Comum. Fl. junio, julio.

47. CROCUS *sativus Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 194.

Vidi a *Varenna*, in horto *D. Mornigo*, ubi sponte crescit uti mihi relatum fuit. Colitur a me atque a praeclaro Medico Ajcardo *Castiglioni in Angera* cum exitu satis prospero. Fl. octobri.

48. CROCUS *vernus Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 195.

Reperitur in omnibus fere Provinciae montibus, a termino Fagi usque ad regionem Abietis, et ultra. Fl. nive deliquescente.

49. GLADIOLUS *communis Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 213.

Oritur in arvis multis in locis, a *Moltrasio*, in Valle *Intelvi*, ec. Fl. majo, junio.

50. GLADIOLUS *byzantinus Haiton Hort. Kewens. Gladiolus Lodovicae Jan. ined.*

G. *utrinque floridus Bauh. pin.* 41.

Legi *in Valsolda* prope pagum *Castello* atque in collibus circa *Erba*. Fl. junio, julio.

51. IRIS *germanica Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 229.

Abundat inter saxa a *Geno*, ad arcem *Baradello*, in Valle *Intelvi* ec. Fl. junio, julio.

52. IRIS *pallida Willd. spec. pl. T.* 1. *p.* 230.
Reperitur in locis apricis prope Comum atque ad margines agrorum herbidos totius fere *Briantiae*. Fl. junio.

53. IRIS *Pseud-Acorus Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 232.
Communis in fossis planitiei et aquis lente fluentibus. Fl. majo, junio.

54. IRIS *graminea Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 233.
Reperi in Monte *Canzo*, et *al Buco del piombo* supra pagum *di Erba*. Fl. junio, julio.

55. SCHOENUS *nigricans Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 261.
Habitat in fossis aquosis, in paludibus planioris Provinciae, et in locis humidis montium. Fl. aprili, majo, junio.

56. CYPERUS *flavescens Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 279.
Oritur in locis paludosis planioris Provinciae, in fossis *del Prato Pagano* prope Comum. Fl. junio, julio.

57. CYPERUS *fuscus Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 280.
Crescit in humidis planitiei pratis, et in agris uliginosis. Fl. junio, julio, augusto.

58. CYPERUS *longus Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 285.
Reperitur abunde in locis paludosis ubique. Fl. julio, augusto.

59. SCIRPUS *caespitosus Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 292.
Habitat in paludibus passim copiose. Fl. majo, junio, julio.

60. SCIRPUS *acicularis Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 295.

Nascitur in locis paludosis, et in aquis lente fluentibus prope Comum. Fl. junio, julio.

61. SCIRPUS *triqueter Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 302.

Abundat in locis uliginosis et in paludibus ubique. Fl. junio, julio.

62. SCIRPUS *setaceus Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 298.

Reperitur in locis palustribus prope pagos *Bene, Porlezza*, et *Colico*. Fl. junio, julio, augusto.

63. ERIOPHORUM *polystachium Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 312.

Crescit in pratis humidis prope Comum, *a Roascio*, in Valle *Intelvi* ec. Fl. junio, julio, et serius in spongiosis montanis.

64. ERIOPHORUM *angustifolium Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. 313.

Legi in quodam prato palustri supra *Pellio* in Valle *Intelvi*. Fl. julio, augusto.

65. NARDUS *stricta Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 314.

Frequens est in Monte *Legnone* supra terminum Pini *Picei*, et *Laricis*. Observavi etiam, sed rarius, in aliis alpibus Lariensibus. Fl. junio, julio, augusto.

66. PHALARIS *arundinacea Linn. spec. pl. ed.* 3. *T.* 1. *p.* 80.

Oritur in pratis humentibus collinis et montanis prope Comum. Fl. majo, junio.

67. PANICUM *verticillatum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 334.

Crescit in arvis, et locis cultis satis copiose. Fl. junio, julio.

68. PANICUM *viride Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 335.

Abundat in ruderatis et ad vias ubique.

69. PANICUM *italicum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 336.

Colitur in arvis planioris Provinciae et minus copiose in locis montanis, et lacualibus. Fl. augusto, septembri.

70. PANICUM *Crusgalli Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 337.

Frequens est in arvis, et etiam in ruderatis. Fl. julio, augusto.

71. PANICUM *Burmanni Willd. spec. pl. T.* 1. *p.* 339.

P. *undulatifolium Lam.* Dict. 4. p. 743.

P. *Hirtellum Allioni.* Fl. pedem. n. 2180.

Repertum a me fuit in pluribus Provinciae locis, *a Lucino nella Valle dei Dossi, al Ponte Molinello* prope Comum ec. Fl. julio.

72. PANICUM *sanguinale Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 342.

Oritur ad vias, et in arvis ubique. Fl. julio.

73. PANICUM *Dactylon Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 342.

Abundat ad vias prope muros, et in agris cultis. Fl. junio, julio.

74. PANICUM *miliaceum Linn, spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 348.

Colitur multis in locis planioris Provinciae. Fl. augusto, septembri.

75. PHLEUM *pratense* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 354.*

Crescit in pratis ubique. Fl. majo, junio, julio.

76. PHLEUM *alpinum* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 355.*

Mihi obviam venit in montibus *Legnone*, *Pizzo di Gino*, *Grigna* supra *Mandello*, *Corni di Canzo.* Frequenter regionem alpinam inferiorem attingit. Fl. junio, julio, augusto.

77. PHLEUM *Gerardi* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 355.*

Reperi in montibus *di Dongo*, *di Livo* et Vallis *Cavargna.* Fl. junio, julio.

78. PHLEUM *nodosum* *Linn. spec. pl. Willd. T. 1. p. 355.*

Nascitur in pratis collinis et montanis, et etiam in pascuis planioris Provinciae. Fl. majo, junio, julio.

79. PHLEUM *asperum* *Host. gram.* 2.

P. *viride Allionii.* fl. ped. T. 2. p. 232.

Legi ad arcem *Baradello* prope Comum. Fl. junio, julio.

80. ALOPECURUS *pratensis* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 357.*

Communis in pratis praesertim planioris Provinciae. Fl. majo, junio.

81. ALOPECURUS *agrestis* *Linn. spec pl. ed. Willd. T. 1. p. 357.*

Frequens est in agris et pratis. Fl. totâ aestate.

82. ALOPECURUS *geniculatus* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 358.*

Reperitur in locis humentibus prope lacus *di Montorfano*, *d'Alserio*, et in fossis aquosis circa Comum. Fl. totà aestate.

83. AGROSTIS *spica venti Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 361.

Provenit copiose inter segetes in omnibus fere arvis planioris Provinciae. Fl. majo, junio.

84. AGROSTIS *interrupta Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 362.

Crescit in agris cultis, et etiam in locis sterilibus aridis. Fl. majo, junio.

85. AGROSTIS *canina Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 367.

Vulgaris est in pratis humentibus planitiei. Fl. junio, julio.

86. AGROSTIS *stolonifera Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 369.

Oritur in pratis humidis, et in locis paludosis fere totius Provinciae. Fl. junio, julio, augusto.

87. AGROSTIS *hispida Willd. spec. pl. T.* 1. *p.* 370. A. *Capillaris Linn.* Fl. svec.

Habitat in pratis et pascuis praesertim planitiei. Fl. junio, julio.

88. AIRA *caespitosa Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 378.

Frequens est in pratis, et agris, tam in montium quam planitiei locis. Fl. junio, julio.

89. AIRA *flexuosa Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 378.

Crescit in pascuis montium aridis, et in locis saxosis collium. Fl. junio, julio.

90. AIRA *montana* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 379.

Reperitur haud raro in locis montium aridis supra *Griante*, *Tremezzo*, *Bellagio* ec. Fl. junio, julio.

91. AIRA *cariophyllea* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 380.

Habitat in pascuis siccis et in arvis circa Comum, et in pratis aridis montanis. Fl. junio, julio.

92. MELICA *ciliata* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 381.

Abundat super muros prope Comum, et in locis apricis montanis. Fl. junio, julio.

93. MELICA *nutans* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 382.

Nascitur in sylvis praecipue montanis. Inveni etiam circa pagum *Lucino nella Valle dei Dossi.* Fl. majo, junio, julio.

94. POA *aquatica* *Linn. sp. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 385.

Occurrit frequenter in pratis paludosis, in fossis, atque ad ripas rivorum praesertim in planitie. Fl. junio, julio, augusto.

95. POA *trivialis* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 387.

Vulgatissima est in pratis fere totius provinciae. Fl. majo, junio.

96. POA *angustifolia* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 387

Crescit cum praecedente in pascuis siccis praesertim collinis. Fl. eodem tempore.

97. POA *pratensis* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 388.

Copiosa est in pratis omnibus. Fl. majo, junio.

98. POA *annua* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1 *p.* 39..
Crescit ubique ad vias et juxta pastorum casas in montibus. Fl. junio, julio, augusto.

99. POA *Eragrostis* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 392.
Provenit in locis aridis et saxosis collium. Legi a *S. Salvatore* prope pagum *Lezza*. Fl. junio, julio.

100. POA *rigida* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 396.
Copiose provenit in muris ubique. Fl. majo, julio.

101. POA *compressa* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 397.
Obvia est in ruderatis, in pratis, et etiam ad vias extra Comum. Fl. majo, junio, julio.

102. POA *bulbosa* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 399.
Frequentissima est in locis aridis, etiam supra moenia urbis. Fl. junio, julio.

103. BRIZA *minor* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 404.
Oritur copiose in pratis siccis tam montium, quam planitiei. Fl. majo, junio, julio.

104. BRIZA *media* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 404.
Communis est in pratis et pascuis. Fl. eodem tempore ac praecedens.

105. BRIZA *Eragrostis* *Willd. spec. pl. T.* 1. *p.* 405.
Nascitur multis in locis ad agrorum margines, in ruderatis, et in pratis siccioribus. Fl. majo, junio.

106. DACTILIS *glomerata* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 408.

Reperitur in omnibus pratis tam montium, quam planitiei. Fl. majo, junio, julio.

107. CYNOSURUS *cristatus* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 411.

Habitat in pratis et pascuis siccis satis frequenter. Fl. majo, junio.

108. CYNOSURUS *echinatus* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 412.

Provenit in locis sterilibus et in ruderatis, et etiam inter segetes in agris collinis *di Garzola*, *Camnago*, *Cardano* prope Comum. Fl. majo, junio.

109. CYNOSURUS *coeruleus* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 414.

Legi in monte *di S. Abbondio*, ad arcem *Baradello* prope Comum atque in aliis Provinciae locis. Fl. junio, julio.

110. FESTUCA *ovina* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 419.

Occurrit in montibus *S. Primo*, *Corni di Canzo*, *Grigna ec.* et alibi a regione collina usque ad alpinam inferiorem. Fl. junio, julio.

111. FESTUCA *duriuscula* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 421.

Crescit in locis aridis, et in pratis siccis montium. Fl. majo, junio, julio.

112. FESTUCA *Myurus* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 422.

Abundat in agris et in pratis siccis tam montium et collium, quam planitiei. Fl. majo, junio, julio.

113. FESTUCA *elatior* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 425.

Crescit in omnibus fere pratis, et floret majo, junio.

114. BROMUS *secalinus*. *Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 428.

Frequens est in agris siccioribus, ubi vegetat cum frumento et secale. Fl. majo, junio.

115. BROMUS *mollis Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 429.

Occurrit in agris inter segetes, atque in pratis et pascuis siccis. Fl. majo, junio.

116. BROMUS *squarrosus Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 430.

Reperitur copiose ad margines agrorum, et etiam in pratis montium atque planitiei. Fl. majo, junio.

117. BROMUS *sterilis Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 433.

Oritur in agris inter segetes, et in locis aridis sterilibus. Fl. junio, julio.

118. BROMUS *arvensis Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 434.

Vulgaris est inter segetes in agris arenosis. Fl. majo, junio, julio.

119. BROMUS *tectorum Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 434.

Provenit in locis aridis, in ruderatis, et supra muros. Fl. majo, junio.

120. BROMUS *pinnatus Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 438.

Mihi obviam venit in sylvis asperis Vallium *Intelvi*, et *Assina* ec. Fl. junio, julio.

121. STIPA *pennata Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 440.

Reperi inter saxa in cacumine montis *di Pellio* supra *Gravedona*. Fl. junio, julio.

122. AVENA *elatior Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 443.

Habitat in agris et pratis ubique. Fl. majo, junio.

123. AVENA *sativa Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 464.

Colitur in arvis praesertim in locis planioris Provinciae. Fl. majo, junio.

124. AVENA *fatua Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 447.

Crescit inter segetes, atque ad versuras agrorum, et rarius in pratis planitiei. Fl. majo, junio.

125. AVENA *sequitertia Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 448.

Provenit ad margines agrorum in locis collinis prope Comum, *a Geno*, supra *S. Agostino*, *a Garzola*, *Cardano* ec. Fl. junio, julio.

126. AVENA *flavescens Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 449.

Nascitur magnâ copiâ in pratis. Fl. majo, junio.

127. ARUNDO *Donax Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 454.

Colitur in hortis, atque in praediis, et fl. julio, augusto, septembri.

128. ARUNDO *Phragmites Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 454.

Habitat in locis paludosis, et in lacubus *di Como*, *Pusiano*, *Oggionno*, *Segrino*, *Varese* ec. Fl. augusto, septembri.

129. LOLIUM *perenne Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 461.

Abundat ad agrorum versuras. et inter segetes. Fl. majo, junio.

130. LOLIUM *temulentum Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 462.*

Crescit in agris inter segetes. Fl. majo, junio.

131. SECALE *cereale Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 471.*

Colitur in arvis tam planioris Provinciae, quam in locis collinis et montanis. Fl. majo, junio.

132. HORDEUM *vulgare Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 472.*

Colitur in agris. Fl. majo, junio.

133. HORDEUM *murinum Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 474.*

Oritur in ruderatis, et in locis sterilibus. Fl. majo, junio.

134. TRITICUM *aestivum Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 476.*

Colitur in locis montanis Provinciae. Fl. junio.

135. TRITICUM *hybernum Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 477.*

Colitur in agris totius Provinciae. Fl. majo in planitie, serius in locis montanis.

136. TRITICUM *turgidum Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 478.*

Colitur in agris *a Garzola*, *Civiglio*, *Brunate*, *Ponzate* prope Comum. Fl. majo, junio.

137. TRITICUM *repens Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 481.*

Habitat in arvis, in sepibus, in ruderatis, et etiam supra muros. Fl. junio, julio.

138. LAPPAGO *racemosa Willd. spec. pl. T. 1. p. 484.*

Crescit magnâ copiâ ad murum Seminarii extra moenia urbis. Fl. junio, julio.

139. HOLOSTEUM *umbellatum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 489.

Reperi inter segetes in agris planioris Provinciae. Fl. aprili, majo.

140. POLYCARPON *tetraphyllum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 490.

Inveni in locis incultis et petrosis prope Arcem *Baradello*, et in agris supra *Geno*. Fl. junio, julio.

CL. IV. TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

141. GLOBULARIA *vulgaris Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 540.

Nascitur abunde in locis apricis prope Comum, *a Geno*, *Garzola*, *Camnago*, ec. et in collibus montibusque totius fere Provinciae. Fl. majo, junio.

142. GLOBULARIA *cordifolia Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 541.

Reperitur satis copiose in montibus fere omnibus Larii lacus, et provenit etiam in locis collinis aridis prope Comum. Fl. junio, julio.

143. GLOBULARIA *nudicaulis Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 542.

Mihi obviam venit in monte *Codeno*, supra *la Ghiacciaja*, *a S. Primo*, atque *nelle Crosgalle* prope *Bellagio*. Fl. julio, augusto. Invenitur haud raro a termino Fagi usque ad regionem subnivosam.

144. DIPSACUS *fullonum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 543.

Colitur in agris prope suburbium *S. Martino* atque *a Lipomo.* Ejus capita in usum veniunt ad carminandos laneos pannos. Fl. junio, julio.

145. DIPSACUS *sylvestris Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 544.

Frequens est ad limites agrorum, et in locis sterilibus prope aquas fluentes. Fl. junio, julio.

146. DIPSACUS *pilosus Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 544.

Nascitur in locis humidis et umbrosis Vallis *Menaggio* prope *Bene.* Legi etiam in Valle *Intelvi.* Fl. junio, julio.

147. SCABIOSA *succisa Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 548.

Occurrit haud raro in locis collinis et montanis prope Comum, in vallecula *di S. Martino* ec. Fl. julio, augusto.

148. SCABIOSA *arvensis Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 550.

Abundat in pratis, et in marginibus agrorum collium. Fl. junio, julio, augusto.

149. SCABIOSA *sylvatica Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 551.

Communis est in pratis collinis et montanis prope Comum, in Valle *Intelvi* ec. Fl. junio, julio, augusto.

150. SCABIOSA *gramuntia Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 551.

Legi in montibus *di Esino* et *Perledo* in Valle *Sasina.* Fl. julio, augusto, septembri.

151. SCABIOSA *columbaria* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 552.

Oritur copiose in sylvis, et in pratis collinis prope Comum. Fl julio, augusto.

152. SCABIOSA *graminifolia* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 558.

Habitat in montibus Larii lacus, in rupibus *delle Crosgalle* prope *Bellagio, dei Corni di Canzo, della Grigna*, et inter saxa supra *Musso*. Haec species quae descendit usque ad oras lacus se se attollit fere ad regionem Abietis et Mughi. Fl. junio, julio, augusto.

153. SHERARDIA *arvensis* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 574.

Nihil vulgatius in arvis collium, et planioris Provinciae aridis. Fl. aprili, majo, junio.

154. ASPERULA *odorata* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 575.

Crescit in montibus *Generoso*, *S. Primo*, *Canzo*, et supra *Brunate a S. Maurizio*, *al Pertuso* ec. Fl. junio, julio.

155. ASPERULA *arvensis* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 576.

Provenit in arvis praecipue collinis *di Garzola*, *Geno*, *Cardano*, *Blevio*, et etiam in aliis Provinciae locis minus cultis. Fl. majo, junio.

156. ASPERULA *taurina* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 576.

Frequens in sepibus umbrosis prope Comum praesertim *a S. Abbondio*, in Valle *Intelvi*, et in montibus Larii lacus, Fl, majo, junio, julio.

157. ASPERULA *Cynanchica Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 579.*

Habitat in locis aridis collium prope Comum, et in agris siccis planioris Provinciae. Fl. junio, julio, augusto.

158. GALIUM *palustre Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 583.*

Reperitur in locis paludosis, et in pascuis humentibus Provinciae praesertim planioris. Fl. totâ aestate.

159. GALIUM *verum Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 590.*

Nascitur in pratis et pascuis totius Provinciae. Fl. junio, julio, augusto.

160. GALIUM *Mollugo Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 590.*

Vulgatissimum est in sepibus ubique. Fl. junio, julio.

161. GALIUM *sylvaticum Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 591.*

Oritur in sylvis tam collinis quam montanis. Fl. junio, julio.

162. GALIUM *purpureum Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 593.*

Oritur in montibus atque collibus, et etiam prodit e rupium fissuris *a Blevio, nelle Crosgalle* prope *Bellagio*, et in aliis lacus Larii locis. Fl. junio, julio, augusto.

163. GALIUM *rubrum Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 594.*

Invenitur in montibus *Generoso, di Musso, Canzo,* ec. Fl. junio, julio, augusto.

164. GALIUM *Aparine Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 597.

Occurrit frequenter in sepibus, et in ruderatis ubique. Fl. majo, junio.

165. PLANTAGO *major Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 641.

Communis ad vias, et in pratis humidiusculis planioris Provinciae. Fl. junio, julio, augusto.

166. PLANTAGO *media Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 642.

Abundat in pratis et locis sterilibus praesertim collinis. Fl. junio, julio, augusto.

167. PLANTAGO *lanceolata Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 643.

Crescit secus vias, in pratis, in hortis ubique. Fl. majo, junio, julio.

168. PLANTAGO *albicans Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 645.

Mihi occurrit inter saxa in monte *Biandino* in Valle *Sasina*, et legi florentem incipiente augusto anni 1823. Reperta jam fuit a *Vandellio* in montibus *Nesso* et *Pai* in Valle *Sasina*.

169. PLANTAGO *alpina Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 645.

Habitat in pratis montium *Generoso*, *Pizzo di Gino*, *S. Jorio*, *Legnone* ec. supra terminos Fagi et Abietis, usque ad regionem alpinam inferiorem. Fl. junio, julio, augusto.

170. EPIMEDIUM *alpinum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 660.

Mihi obviam venit in locis umbrosis montium Vallis

Cavargna, et in sylvis humilioribus Vallis *Intelvi*. Fl. majo, junio, julio.

171. CORNUS *mascula Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 661.

Reperitur in sepibus et sylvis collinis, et colitur etiam in praediis atque in hortis. Fl. martio, aprili.

172. CORNUS *sanguinea Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 662.

Vulgaris est in dumetis totius Provinciae. Fl. majo, junio.

173. ISNARDIA *palustris Linn. spec, pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 680.

Legi in fossis aquosis *del Prato Pagano*, *Bassone*, *Acqua negra* prope Comum ec. Fl. junio, julio.

174. TRAPA *natans Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 681.

Provenit in lacu *di Varese* et in paludibus *di Porlezza*, *Colico*, satis copiose. Fl. junio, julio.

175. ALCHEMILLA *vulgaris Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 698.

Crescit in pratis et pascuis montium *Generoso*, *Cauzo*, *Bisbino*, *Boletto* ec. Fl. junio, julio.

176. ALCHEMILLA *montana Willd. Enum. p.* 170.

Crescit in locis asperis saxosis montanis, et fl. junio, julio.

177. ALCHEMILLA *alpina Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 698.

Occurrit in omnibus montibus Larii lacus a termino Fagi usque ad regionem subnivosam, et abundat etiam inter saxa *delle Crosgalle* prope *Bellagio* ec. Fl. junio, julio, augusto.

178. ALCHEMILLA *Aphanes Willd. spec. pl. T.* 1. *p.* 699.

Communis in agris inter segetes. Fl. majo, junio.

DIGYNIA.

179. CUSCUTA *europaea Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 702.

Nimis frequens est in agris praesertim collinis infesta plantis leguminosis, *Trifolio*, et *Lino.* Reperitur etiam in sylvis prope Comum parasitica in Erica *vulgari*, atque in Spartio *Scopario.* Fl. majo, junio.

TETRAGYNIA.

180. ILEX *Aquifolium Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 707.

Oritur in omnibus fere montibus Provinciae, in quibus reperitur usque ad terminum Fagi. In sylvis *di Brunate*, et *S. Tommaso* occurrit etiam varietas foliis inermibus. Fl. aprili, majo.

181. POTAMOGETON *perfoliatum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 713.

Habitat in Lario lacu, et in fossis extra moenia urbis. Fl. junio, julio.

182. POTAMOGETON *densum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 714.

Habitat cum priore, et fl. eodem tempore.

183. POTAMOGETON *crispum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 714.

Crescit in aquis lente fluentibus, in fossis urbis, et in lacubus Provinciae. Fl. majo, junio, julio.

184. POTAMOGETON *pectinatum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 715.

Reperitur in Abdua prope *Sorico* et *Bravio*, in Lario lacu, atque alibi in locis paludosis. Fl. julio.

185. POTAMOGETON *gramineum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 716.

Vulgare in fossis atque locis paludosis. Fl. junio, julio.

186. SAGINA *procumbens Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 718.

Reperitur in pascuis humentibus, atque in locis umbrosis collium et montium praesertim prope Comum. Fl. aprili, majo, junio.

CL. V. PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

187. MYOSOTIS *scorpioides Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 746.

Abundat in locis humentibus tam planitiei, quam montium. Fl. majo, junio, julio.

188. MYOSOTIS *alpestris. Willd. enum. p.* 175. *Bertolon. Amoenit. ital. p.* 340.

Legi in montibus Larii lacus, et in Valle *Intelvi.* Fl. junio, julio.

189. MYOSOTIS *arvensis Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 747.

Nihil vulgatius in arvis totius Provinciae. Fl. aprili, majo, junio.

190. MYOSOTIS *nana Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 747.

Incolit in summis jugis montium *Legnone* et *Codeno.* Fl. junio, julio, augusto.

191. MYOSOTIS *Lappula Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 749.

Invenitur in pratis, et in locis humentibus totius fere Provinciae, etiam in prato *Pasquè* dicto prope Comum. Fl. junio, julio.

192. MYOSOTIS *deflexa Wattenberg.*

Habitat in summitate orientali montis *Canzo* supra pagum *Valmadrera*, et fl. junio, julio.

193. LITHOSPERMUM *officinale Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 751.

Crescit ad margines agrorum, in ruderatis, et etiam in sylvis collinis et montanis. Fl. majo, junio, julio.

194. LITHOSPERMUM *arvense Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 751.

Provenit in arvis, et in sepibus praesertim collinis prope Comum, *a Camnago, Civiglio, Brunate ec.* Fl. aprili, majo.

195. LITHOSPERMUM *purpureo-coeruleum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 754.

Mihi occurrit in agris collinis *di Garzola, S. Martino, Lora,* prope Comum. Fl. aprili, majo, junio.

196. ANCHUSA *officinalis Linn, spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 756.

Communis est in pratis, et arvorum aggeribus praesertim collinis prope Comum, atque in locis herbosis *della Tremezzina, di Griante ec.* Fl. majo, junio, julio.

197. CYNOGLOSSUM *officinale Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 760.

Abundat in locis collinis et montanis secus vias, in ruderatis, atque juxta sepes praesertim in Valle *Intelvi*, in *Tremezzina* inter *Lenno* et *Bonzanigo*, *a Cernobbio* prope Comum. ec. Fl. majo, junio, julio.

198. CYNOGLOSSUM *pictum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 761.

Crescit in locis aridis *della Tremezzina*. Fl. junio.

199. PULMONARIA *angustifolia Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 768.

Frequens est in collibus et montibus totius fere Provinciae. Fl. aprili, majo.

200. PULMONARIA *officinalis Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 768.

Nascitur in collibus et montibus ubique. Fl. martio, aprili.

201. SYMPHYTUM *officinale Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 770.

Provenit satis copiose in locis umbrosis humidis totius fere Provinciae. Fl. aprili, majo, junio.

202. SYMPHYTUM *tuberosum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 771.

Abundat in pratis montanis, praesertim in monte *Canzo*. Fl. junio.

203. BORRAGO *officinalis Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 776.

Crescit fere spontanea in hortis, atque in viridariis. Fl. aprili, majo.

204. LYCOPSIS *arvensis Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 780.

Habitat in agris, atque inter segetes haud raro. Fl. aprili, majo, junio.

205. ECHIUM *italicum Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 786.

Occurrit in monte *Canzo*, et alibi. Fl. junio.

206. ECHIUM *vulgare Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 787.

Reperitur ubique ad vias, atque margines agrorum. Fl. majo, junio, julio.

207. ARETIA *helvetica Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 795.

Legi in cacumine *del Pizzo di Gino* in Valle *Cavargna* inter rupium fissuras. Fl. junio, julio.

208. ARETIA *alpina Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 795.

Mihi obviam venit in summis jugis montium *Legnone*, *Pizzo di Gino*, et *Grigna* supra *Mandello* inter rupium rimas. Nunquam vidi infra terminum subnivalem. Fl. junio, julio.

209. ARETIA *vitaliana Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 796.

Habitat in monte *Legnone* supra regionem Abietis. Fl. junio, julio.

210. ANDROSACE *villosa Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 798.

Mihi occurrit in montibus *Legnone*, et *Codeno* prope summitatem. Fl. julio, augusto.

211. ANDROSACE *imbricata Lam. Dict. p.* 162.
A. imbricata Decand. Fl. fr.
A. argentea Gaertner.

Reperitur in monte *Legnone alla Porta dei Merli* parum longe ab ipsius vertice. Fl. julio, augusto.

212. ANDROSACE *carnea Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 799.

Crescit ad fastigia montium *Legnone*, *S. Jorio*, et *Pizzo di Gino* inter rupes. Fl. julio, augusto.

213. PRIMULA *veris Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 800.

Provenit in pratis et pascuis collium atque montium etiam prope Comum, et fl. majo, junio.

214. PRIMULA *acaulis Linn. spec. pl. T.* 1. *p.* 205. *ed.* 3.

Habitat in pratis ubique Fl. aprili, majo, junio.

215. PRIMULA *villosa Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 803.

Reperi ad rupes in monte *Legnone* a termino Laricis et Abietis fere usque ad ejus summitatem. Fl. junio, julio, augusto.

216. PRIMULA *Auricula Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 804.

Nascitur ad rupes in montibus *Generoso*, *Canzo*, et *S. Abbondio* prope Comum. Fl. aprili, majo, junio.

217. PRIMULA *integrifolia Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 805.

Reperi in cacumine montium *Legnone*, et *Codeno*. Fl. junio, julio.

218. PRIMULA *glaucescens Morettii. Diar. Ticinens. Physices ec. Dec.* 2. *T.* 5. *p.* 249.

Oritur prope cacumen occidentale montis *Canzo* versus *Valbrona* Fl. junio, julio.

219. PRIMULA *elatior Willd. spec. pl. T.* 1. *p.* 801. P. *inodora Hoffman. germ.* 67.

Abundat in pratis montis *Generoso* ad cacumen proximis, ubi legi junio florentem.

220. SOLDANELLA *alpina Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 808.

Provenit in montibus Larii lacus, *Generoso*, *S. Primo*, et *Pizzo di Gino* a termino Fagi usque ad limitem subnivosum. Fl. nive deliquescente.

β. Soldanella *Clusii*.

Habitat cum priori, et fl. eodem tempore.

221. CYCLAMEN *europaeum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 809.

Vulgatissimum est in sylvis collinis et montanis totius Provinciae. Fl. junio, augusto, septembri.

222. MENYANTHES *nymphoides Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 810.

Reperitur in aquis lente fluentibus, in paludibus *di Porlezza*, *Colico*, et in fossis etiam prope Comum, ec. Fl. majo, junio, julio.

223. MENYANTHES *trifoliata Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 811.

Crescit in pratis paludosis prope lacus *di Alserio*, *Pusiano*, *Segrino*, *Porlezza*, atque in paludosis *a Colico* ec. Fl. majo, junio.

224. HOTTONIA *palustris Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 812.

Provenit in paludosis *a Cernobbio*, *Colico*, ecc. Fl. junio.

225. LYSIMACHIA *vulgaris Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 816.

Habitat in fossis, atque ad margines agrorum in locis planioris Provinciae humidiusculis. Fl. junio, julio, augusto.

226. LYSIMACHIA *Nummularia Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 821.

Copiosa est in locis humidis, ad margines rivulorum, atque in pratis uliginosis. Fl. majo, junio, julio.

227. ANAGALLIS *arvensis Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 821.

Nascitur in arvis, atque in hortis, et floret junio, julio, augusto.

228. AZALEA *procumbens Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 832.

Incolit in montibus *Legnone*, *Bellorona*, *Pizzo di Gino*, et *Costa piatta* in Valle *Cavargna*, atque in illis reperitur a termino Fagi usque ad limitem subnivalem. Fl. junio, julio.

229. CONVOLVULUS *arvensis Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 844.

Nimis frequens est in arvis totius fere Provinciae. Fl. majo, junio, julio.

230. CONVOLVULUS *sepium Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 844.

Communis est in sepibus. Fl. majo, junio, julio.

231. JASIONE *montana Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 888.

Occurrit copiose in sylvis collinis et montanis etiam prope Comum. Fl. majo, junio, julio.

232. CAMPANULA *rotondifolia Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 892.

Abundat in montibus *Generoso*, *Codeno*, *Biandino*, *Pizzo di Gino*, *ec.* etiam ultra terminum Fagi. Fl. junio, julio.

β. C. *pusilla Willd. spec. pl. T.* 1. *p.* 893.

γ. C. *caespitosa Scopoli. Carn.* 1. *p.* 143. *T.* 4.

Reperitur inter saxa montis *Generoso*, et *alla Pliniana.* Fl. junio, julio.

233. CAMPANULA *linifolia Willd. spec. pl. T.* 1. *p.* 893.

C. *Scheuchzeri. Villars. Delph.* 2. *p.* 503.

Legi in montibus, *Generoso*, *Canzo*, *Mandello*, *S. Primo* supra *Bellagio*, ad cacumina inter rupium fissuras. Fl. julio, augusto.

234. CAMPANULA *patula Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 896.

Obviam mihi venit ad margines agrorum *a Bellagio*, in Valle *Intelvi*, atque in aliis Provinciae locis. Fl. julio, augusto.

235. CAMPANULA *Rapunculus Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 896.

Habitat in pratis totius Provinciae, et fl. junio, julio. A nonnullis colitur in hortis, et manducatur in acetariis incipiente vere.

236. CAMPANULA *persicifolia Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 897.

Frequens occurrit in sylvis, atque in locis incultis praesertim planioris Provinciae. Fl. majo, junio.

237. CAMPANULA *urticifolia Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 900.

Crescit cum praecedente in sylvis montanis, et floret eodem tempore.

238. CAMPANULA *Rapunculoides Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 901.

Habitat ad margines agrorum in locis collinis, et copiose invenitur in herbosis siccis Vallis *Intelvi*. Fl. junio, julio.

239. CAMPANULA *Trachelium Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 903.

Invenitur in sylvis ubique. Fl. majo, junio.

240. CAMPANULA *glomerata Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 903.

Legi in Valle *Intelvi* in pascuis apricis, et in sylvis *di Pellio inf.* et *Laino*. Fl. julio, augusto.

241. CAMPANULA *Cervicaria Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 904.

Occurrit in vallecula *di S. Martino* prope Comum in sepibus, atque in pratis collinis Lanificio viciniorihus. Fl. junio, julio.

242. CAMPANULA *barbata Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 908.

Abundat in pratis montium Vallium *Intelvi* et *Cavargna*, a limite Juglandis usque ad terminum Fagi. Fl. junio, julio.

243. CAMPANULA *Rainerii: caule subunifloro, foliis ellipticis, dentato-crenatis, pubescentibus, calycinis laciniis lanceolatis, dentatis, plerumque glabris, corollà duplo minoribus.*

C. *Rainerii Perpenti. Bibl. Ital. ann.* 1817. *T.* 5. *p.* 134. *c. icon.*

Radix perennis, repens, stolonifera, fibrosa, gracilis, transversalis, et ramosa. Caulis plerumque simplex, duos vel tres pollices longus, adscendens, pilis

brevissimis obtectus, sæpe uniflorus. Folia inferiora petiolata per petiolum decurrentia, superiora subsessilia, elliptica, remote dentata, margine ciliata, pubescentia, apice obtusa. Calyx ultra medium 5-fidus, laciniis erectis, subdentatis, nunc glabris nunc ciliatis, acuminatis, basi violaceus scaber, breviter pedunculatus. Corolla nuda, duplo calyce amplior, coerulea, laciniis latis, patulis, acutis. Filamenta brevissima, capillaria; Anthaerae filamentis triplo majores, oblongae, incrassatae, erectae, flavescentes. Germen inferum, angulatum; Stylus filiformis, teres, pilosus, staminibus quadruplo longior; stigma tripartitum, crassiusculum, laciniis revolutis, pilis albis raris instructum. Capsula angulata, obovata, scabra, trilocularis, polysperma, apice dehiscens.

Species, cujus descriptionem hîc exhibui, primitus detecta a Domina *Candida Perpenti* fervidâ Botanices cultrice prope *Cortenova* in Valle *Sasina*, reperta a me fuit postea ad rupes in montibus *Canzo*, *Grigna*, atque inter scopulos *delle Crosgalle* prope *Bellagio*. Vidi etiam et legi in alpibus *Biandino*, *Tremare* supra *Mandello*, et *Resegone* a termino Fagi usque ad altitudinem 6,000 pedum, et ultra.

244. CAMPANULA *spicata Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 909.

Provenit in montibus Vallis *Intelvi*, et in pratis sepibusque Vallis *Assina* praesertim prope pagos *di Asso*, *Lasnigo*, *Barni*. Reperitur etiam in aliis Provinciae locis. Fl. junio.

245. CAMPANULA *Speculum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 912.

Communis est in arvis inter segetes ubique. Fl. majo, junio, julio.

246. CAMPANULA *thyrsoidea Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 905.

Haec species mihi obviam venit in pratis *della Valmeria* supra pagum *Mandello* Fagi regioni superioribus. Fl. julio, augusto.

247. PHYTEUMA *Scheuchzeri Willd. spec. pl. T.* 1. *p.* 919.

Legi in pratis montium *Generoso*, Vallis *Cavargna*, *S. Jorio* ec. ubi ascendit ultra terminum Fagi. Fl. majo, junio.

248. PHYTEUMA *Michelii Willd. spec. pl. T.* 1, *p.* 920.

Reperitur in montibus *Canzo*, *Generoso*, *Boletto* supra Comum. Haec species obviam venit solummodo in pratis regionem subalpinam non superantibus, et fl. majo, junio.

249. PHYTEUMA *comosa Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 921.

Habitat in montibus *Canzo*, *S. Primo*, *Codeno*, *Resegone*, *Pizzo di Gino*, *Grona* et etiam in scopulis *delle Crosgalle* loco dictò *la Valle maggiore*. Species ista incola regionum alpinarum, atque subalpinarum descendit usque ad oras lacus Larii, et reperitur variis in locis inter rupium fissuras.

250. PHYTEUMA *orbicularis Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 921.

Frequens est in muris propugnaculorum urbis, et

inter saxa montium *Como* viciniorum; crescit etiam in pratis subalpinis in Vallibus *Cavargna* et *Sasina*. Fl. junio, julio.

251. PHYTEUMA *betonicaefolia Willd. spec. pl. T.* 1. *p.* 922.

Occurrit in Monte *Canzo*, ubi florentem legi junio.

252. PHYTEUMA *spicata Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 923.

Obviam venit in sylvis umbrosis collinis prope Comum, aliisque Provinciae locis. Fl. junio, julio.

253. PHYTEUMA *ovata Willd. spec. pl. T.* 1. *p.* 923.

P. *Halleri Allion. Fl. ped. T.* 1. *p.* 116.

Crescit sat copiose in pratis montis *Generoso*, et fl. junio, julio.

254. PHYTEUMA *humilis Schleicher. Append. Fl. Helvet. Sutter. p.* 422.

Reperi in montibus *Legnone*, et *S. Jorio*. Fl. julio, augusto.

255. LONICERA *Caprifolium Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 982.

Haud infrequens in sepibus collium, et in sylvis praesertim circa Comum, et in *Brianza*. Fl. majo, junio.

256. LONICERA *nigra Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 985.

Invenitur non raro in montibus comensibus, praesertim in sylvis *di Brunate*, *Blevio*, *Civiglio*, *Ponzate*. Fl. majo, junio.

257. LONICERA *Xylosteum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 986.

Habitat in montibus, atque in sepibus collium cum

priori, a *S. Maurizio* supra *Brunate*, *al Pertuso* supra *Blevio*. Fl. majo, junio.

258. LONICERA *alpigena Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 987.

Obviam mihi venit in montibus *Cauzo*, *Generoso*, *di Ponzate*, *Bellagio*, et *Esino* locis nemorosis a termino Juglandis usque ad limitem Fagi. Fl. majo, junio.

259. VERBASCUM *Thapsus Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1001.

Haec species occurrit raro in locis Provinciae planioris. Ego solummodo vidi in Valle *Intelvi*, et nonnulla specimina legi in horto amici Domini Canonici *Feretti a Laino*. Fl. junio, julio, augusto.

260. VERBASCUM *phlomoides Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1002.

Abundat in ruderatis, atque in locis sterilibus totius fere Provinciae. Fl. a junio ad septembrem.

261. VERBASCUM *Lichnitis Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1003.

V. *Lichnitis Willd. var.* *β*.

Crescit in collibus et montibus prope Comum, et in locis aridis circa pagos *di Cernobbio*, *Moltrasio*, et *Laglio*. Fl. junio, julio, augusto.

262. VERBASCUM *floccosum Waldst. et Kitaib. pl. rar. Hung.* 1. *p.* 81. *Willd. Enum. p.* 224.

Reperitur non raro in locis sterilibus saxosis, et in alveo torrentis *Cosia* prope Comum. Fl. junio, julio, augusto.

263. VERBASCUM *nigrum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1004.

Habitat in sepibus collinis, atque in locis aridis sylvaticis praesertim *a Blevio*. Hujus speciei plures inveni varietates. Fl. junio, julio.

264. VERBASCUM *Blattaria Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 1005.*

Provenit sat copiose ad vias, ad margines agrorum planioris Provinciae, praesertim prope pagos *di Grandate, Civello, Lucino*, ec. Fl. junio, julio, augusto.

265. VERBASCUM *Weldenii Braun. inedit. Moretti. Diar. Ticin. Physic. Dec. 2. T. 5. p. 43.*

Haec species, forsan varietas V. *Lichnitis*, occurrit ad viam, quae Leucum ducit variis in locis, praesertim prope *Erba* et *Villa Albese*. Fl. julio, augusto.

266. VERBASCUM *Thapsoides Schrader. Monogr. Verbasc.*

Oritur in locis aridis sterilibus prope Comum, etiam in alveo torrentis *Cosia*. Fl. junio, julio, augusto.

267. VERBASCUM *heterophyllum Morettii. Diar. Ticin. Physic. Dec. 2. T. 5. p. 111.*

Nascitur prope Comum, et primitus repertum fuit a valenti Botanico *Braune*, qui specimina illustri Dynasti *Weldenio* amico meo spectatissimo comunicavit. Ego inveni et decerpsi hanc speciem in alveo torrentis *Breggia* circa pagum *di Cernobbio*. Fl. julio.

268. DATURA *Stramonium Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 1008.*

Crescit in locis incultis circa Comum, et abundat in glareosis *a Sorico* ad finem Larii lacus. Fl. julio, augusto.

269. HYOSCIAMUS *niger Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1010.

Provenit in ruderatis, et locis sterilibus prope Comum, et alibi. Fl. junio, julio.

270. ATROPA *Belladonna Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1017.

Inveni in montibus *di Schignano, S. Bernardo* supra *Carate*, et in Valle *Menaggio* supra *Bene*. Fl. junio, julio.

271. PHYSALIS *Alkekengi Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1022.

Frequens est in locis umbrosis collinis prope Comum, et in sylvis *a Blevio* et supra *Geno*. Fl. junio, julio.

272. SOLANUM *Dulcamara Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1028.

Abundat in sepibus praesertim in locis udis Provinciae planioris. Fl. majo, junio, julio, augusto.

273. SOLANUM *nigrum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1035.

Vulgatissima species in ruderatis, et etiam ad vias urbis. Fl. julio, augusto.

274. SOLANUM *villosum Willd. enum. p.* 236.
S. *nigrum γ. Linn. Willd. spec. pl.* 1. *p.* 1035.

Habitat cum praecedente in hortis, in ruderatis, atque ad vias, et floret eodem tempore.

275. CHIRONIA *Centaurium Willd. spec. pl. T.* 1. *p.* 1068.

Crescit copiose in pratis collinis totius fere Provinciae. Fl. junio, julio.

276. RHAMNUS *catharticus Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1092.

Habitat in sylvis et sepibus praesertim collinis. Fl. majo, junio.

277. RHAMNUS *saxatilis Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 1094.*

Reperitur in locis collinis et montanis, *al Ponte Molinello* prope *Comum*, inter saxa montis *di Griante*, *nelle Crosgalle* prope *Bellagio ec.* Fl. aprili, majo, junio.

278. RHAMNUS *pumilus Linn. Mantiss. p. 49. Willd. sp. pl. T. 1. p. 1097.*

Erumpit e rupium fissuris ad caeumina montium *Canzo*, *Generoso*, et *Codeno.* Legi florentem junio, julio.

279. RHAMNUS *Frangula Linn. ed. Willd. spec. pl. T. 1. p. 1098.*

Communis est in sylvis umbrosis et dumetis circa Comum, atque in aliis Provinciae locis. Fl. majo, junio.

280. EVONIMUS *europaeus. Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 1130.*

Abundat in sepibus ubique. Fl. aprili, majo.

281. VIOLA *hirta Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 1162.*

Provenit in montibus prope Comum, supra *S. Giuliano*, et *S. Agostino* in locis aridis. Fl. aprili, majo.

282. VIOLA *odorata Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 1163.*

Oritur in locis collinis et montanis circa sepes, et ad margines agrorum. Fl. februario, martio.

283. VIOLA *canina Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 1164.*

Frequens est ad sepes, et in sylvis ubique. Fl. martio, aprili.

284. VIOLA *montana Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1164.

Nascitur in pascuis et sylvis montium Vallis *Intelvi*, et *Bisbino*, atque fl. aprili, majo.

285. VIOLA *biflora Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1167.

Obviam mihi venit in montibus *Generoso*, *S. Primo*, *Valmeria* supra *Mandello*, et *Pizzo di Gino* in Valle *Cavargna* inter rupes soli fere invisas. Nunquam inveni infra regionem Fagi. Fl. majo, junio, julio.

286. VIOLA *tricolor Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1168.

V. *tricolor.* β. *Willd. spec. pl. p.* 1168.

β. V. *arvensis Murr. prodrom. p.* 73.

V. *bicolor arvensis. Bauh. pin.* 200.

Crescit varietas hujus speciei α in pratis montium, et β. ad margines agrorum ubique. Fl. a majo usque ad septembrem.

287. VIOLA *lactea Smith. Fl. graec.*

Crescit in silvis montis di *S. Abbondio* prope Comum. Fl. aprili.

288. VIOLA *gracilis Smith. Fl. graec.*

V. *heterophylla Bertolon. rar. ital. pl. dec. III. p.* 53. *et Amoenit. ital. p.* 87.

Reperi ad cacumen montis *Canzo*, et legi florentem junio, julio, et etiam augusto.

289. IMPATIENS *Nolitangere Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1176.

Oritur copiose in locis udis Vallis *Intelvi* praesertim circa pagos *di Laino*, *Pelho inferiore*, *Schignano*. Fl. junio, julio.

290. HEDERA *Helix Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1179.

Parasitica in muris atque in arboribus ubique. Fl. junio, julio.

291. VITIS *vinifera Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1180.

β. V. *vinifera sylvestris.*

Colitur haec planta fere in omnibus Provinciae locis. Ejus *var* β. reperitur satis frequenter in sepibus. Fl. junio.

292. THESIUM *linophyllum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1211.

Reperitur magnâ copiâ in sylvis collinis et montanis prope Comum *a S. Abbondio*, ad arcem *Baradello*, *al Ponte Molinello*, *a Cardano* ec. Fl. majo, junio.

293. THESIUM *alpinum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1212.

Occurrit in montibus *Legnone*, et *Codeno* supra *Mandello*, ubi anno elapso floridum legi julio, augusto.

294. VINCA *minor Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1232.

Crescit ubique in sepibus, et fl. martio, aprili.

295. VINCA *major Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1233.

Nascitur in sepibus cum praecedente, et fl. eodem tempore.

296. ASCLEPIAS *Vincetoxicum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p* 1268.

Frequens est in sylvis et locis incultis; provenit etiam in urbe *al Terraggio di Porta Sala*. Fl. majo, junio.

297. HERNIARIA *glabra Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1296.

Habitat in arvis siccioribus, et in locis glareosis planioris Provinciae. Fl. majo, junio.

298. HERNIARIA *hirsuta Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1297.

Mihi obviam venit in arvis apricis circa pagum di *Lucino al Roncaccio*, et legi florentem julio.

299. CHENOPODIUM *Bonus Henricus Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1299.

Nascitur in montibus frequenter circa casas pastorum, et floret junio, julio.

300. CHENOPODIUM *urbicum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1299.

Provenit ad muros, et in ruderatis circa Comum. Fl. junio, julio, augusto.

301. CHENOPODIUM *murale Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1301.

Abundat ad muros, atque in fimetis circa urbem, et in aliis Provinciae locis. Fl. junio, augusto, et etiam septembri.

302. CHENOPODIUM *opulifolium Decand. Fl. fr. T.* 5. *p.* 3172.

Inveni in ruderatis, atque ad margines agrorum prope Comum, et etiam circa pagos *di Villa Albese*, et *Erba*. Fl. augusto, septembri.

303. CHENOPODIUM *album Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 1302.

β. C. *viride Linn. spec. pl. Willd. T. 1. p.* 1303.

Nascitur utraque varietas in hortis, et ad margines agrorum. Fl. julio, augusto, septembri.

304. CHENOPODIUM *Botrys Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 1304.

Crescit in arenosis fluminis Abduae circa pagos di *Sorico, et Colico*. Fl. julio, augusto.

305. CHENOPODIUM *Vulvaria Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 1305.

Haud rarum est in ruderatis, et ad muros prope urbem, atque in aliis Provinciae locis. Fl. julio, augusto.

306. CHENOPODIUM *polyspermum Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 1305.

Commune est in hortis, in arvis, atque ad margines agrorum totius fere Provinciae. Fl. julio, augusto.

307. CHENOPODIUM *Scoparia Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 1306.

Colitur in agris prope Comum, et sponte provenit in locis incultis praesertim planioris Provinciae. Fl. julio, augusto.

308. ULMUS *campestris Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 1324.

Oritur in sylvis montanis, et colitur in vineis ad sustinendas vites. Fl. martio, aprili, majo.

309. ULMUS *suberosa Willd. spec. pl. T. 1. p.* 1324.

Habitat in sylvis cum praecedenti, et fl. eodem tempore.

310. GENTIANA *lutea Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 1331.

Occurrit in montibus *Codeno*, et *Tremare* supra *Mandello* atque *Pasturo*, nec non in monte *Bobbio* supra *Barsio* in Valle *Sasina*; numquam vidi in montibus Vallium *Intelvi* et *Cavargna*, Fl. julio, augusto.

511. GENTIANA *purpurea Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1331.

Nascitur copiose supra regionem Fagi in montibus Vallium *Intelvi*, et *Sasina* praesertim a *Biandino*, et *di Dongo a S. Jorio*. Fl. junio, julio, augusto.

512. GENTIANA *asclepiadea Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1334.

Habitat in omnibus fere Provinciae montibus, ubi crescit copiose in pratis terminis Fagi et Abietis proximis. Fl. julio, augusto.

513. GENTIANA *cruciata Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1334.

Legi in sylvis montium Vallium *Intelvi*, *Cavargna*, et *Sasina* regionem Fagi haud superantibus. Fl. julio, augusto.

514. GENTIANA *acaulis Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1340.

Frequens est in montibus *Generoso*, *S. Primo*, *Gordona*, *Pizzo di Gino*, *S. Maurizio* supra *Brunate*, et *Boletto* supra *Ponzate*. Haec species observatur in pratis et pascuis collinis atque subalpinis, et reperitur etiam in regionibus alpinis. Fl. majo, junio, julio.

515. GENTIANA *verna Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1342.

Reperi in pratis montium Vallis *Cavargna*, *in Costa*

piatta, in Aigua, a Tabano, in Piazza Vachera ec. Fl. majo, junio.

316. GENTIANA *utriculosa Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1343.

Occurrit in pascuis omnium fere montium Larii lacus, et Vallium *Cavargna*, *Sasina* ec. Fl. junio, julio.

317. GENTIANA *nivalis Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1344.

Mihi obviam venit in Monte *Biandino* prope laculum sub jugo *del Pizzo dei tre Signori* ultra terminum Abietis. Fl. julio, augusto.

318. GENTIANA *amarella Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1347.

Haud rara est in montibus *di Tremezzo*, *Griante*, Vallis *Menaggio*, *Rezzonico*, *Dongo*, *Cavargna* ec. Fl. julio, augusto, septembri.

319. GENTIANA *ciliata Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1351.

Crescit in pratis montium Vallis *Cavargna*, *Generoso*, *Canzo* ec. Fl. julio, augusto, septembri.

320. ERYNGIUM *amethystinum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1358.

Habitat in glareosis prope pagos *di Suello*, *Pusiano*, *Civate*. Fl. julio, augusto.

321. ERYNGIUM *campestre Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1358.

Habitat prope pagos *di Lecco*, *Mandello*, *Olginate*, *Valgreghentino*. Fl. augusto, septembri.

322. SANICULA *europaea Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1366.

Provenit in sylvis montium circa Comum, *di Brunate*, *Ponzate* ec. a regione Juglandis usque ad limitem Fagi. Fl. majo, junio, julio.

523. ASTRANTIA *major Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1368.

Abundat in pratis collinis et montanis totius fere Provinciae. Fl. junio, julio.

524. ASTRANTIA *minor Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1368.

Communis est in pratis montium Vallis *Intelvi*, et reperitur etiam in pascuis atque in sylvis circa pagos *di Pellio inf.* et *Laino*. Vidi pariter et legi in montibus Vallium *Cavargna*, et *Sasina*. Haec species quae obviam venit usque ad terminum Pini Piceae et Abietis descendit in quibusdam locis in pascuis regionis Juglandis. Fl. junio, julio.

525. BUPLEURUM *rotondifolium Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1369.

Vulgare in arvis planioris Provinciae fl. majo, junio.

526. BUPLEURUM *stellatum Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1370.

Oritur in montibus *Canzo*, *Generoso*, *Pizzo di Gino*, *Legnone*, *Codeno*, *Bellorona* inter limites regionum Fagi, et Abietis. Fl. junio, julio.

527. BUPLEURUM *graminifolium Willd. spec. pl. T.* 1. *p.* 1370.

Decerpsi in cacumine montis *Canzo*, ubi crescit inter saxa. Fl. julio, augusto.

528. BUPLEURUM *caricifolium Willd. spec. pl. T.* 1. *p.* 1371.

Inveni inter saxa in monte *Biandino* supra *Introbbio* ultra Fagi regionem. Fl. augusto.

329. BUPLEURUM *Ranunculoides* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1374.

Crescit in pratis prope juga montium Vallis *Cavargna, di Dongo*, *Livo*, ec. nunquam infra terminum Abietis. *Fl.* junio, julio.

330. CAUCALIS *grandiflora* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1383.

Frequens est in arvis collinis, atque ad sepes. Fl. junio, julio.

331. CAUCALIS *Anthriscus* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1388.

Provenit ubique in sepibus, atque in arvis incultis. Fl. junio, julio.

332. CAUCALIS *nodosa* *Willd. spec. pl. T.* 1. *p.* 1388.

Abundat in sepibus collium prope Comum, atque in locis apricis sterilibus *della Brianza*. Fl. junio, julio.

333. DAUCUS *Carota* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1389.

Nascitur abunde in pratis ubique, et fl. majo, junio, julio.

334. CONIUM *maculatum* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1395.

Occurrit haud raro in ruderatis circa Comum, atque locis umbrosis montium, collium, humiliorisque Provinciae. Fl. majo, junio, julio.

335. SELINUM *sylvestre* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1396.

Reperitur in sylvis montanis Vallium *Intelvi*, *Cavargna* ec. Fl. julio, augusto, et etiam septembri.

336. SELINUM *austriacum* *Willd. spec. pl. T.* 1. *p.* 1397.

Habitat in pascuis udis montium Vallium *Intelvi*, *Cavargna*, *Sasina* non ultra regionem Fagi. Fl. julio, augusto.

537. SELINUM *Carvifolia* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1398.

Oritur in pratis, et sylvis humentibus collinis et montanis. Fl. junio, julio.

538. ATHAMANTA *Cervaria* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1401.

Occurrit frequenter in montibus Vallis *Sasina*, *di Esino*, *Perledo* ec. atque in locis siccis collinis circa Comum inter Fagi et Abietis regiones. Fl. julio, augusto.

539. ATHAMANTA *Oreoselinum* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1403.

Vulgatissima species ad margines agrorum collium in tota fere Provincia. Fl. julio, augusto, septembri.

540. ATHAMANTA *cretensis* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1404.

Crescit copiose ad cacumina montium *Resegone*, *S. Primo*, *Sasso di Gordona*, *Grigna* inter rupium fissuras, et provenit etiam inter saxa *alla Croce di S. Eutichio* supra Comum in regione collina. Fl. julio, augusto.

541. PEUCEDANUM *officinale* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1405.

Legi in monte *Biandino* supra Fagi regionem. Fl. julio, augusto.

542. PEUCEDANUM *alsaticum* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1407.

Inveni multis in locis tam montanae quam humilioris

Provinciae ad margines agrorum. Fl. julio, augusto, septembri.

343. LASERPITIUM *latifolium Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1414.

Oritur in pratis montis *Generoso, ad Orimento,* nec adscendit ultra terminum Fagi. Fl. julio, augusto.

344. LASERPITIUM *Gaudinii Moretti. ined.*

Haec species diversa a Laserpitio *trilobo* Linn. mihi obviam venit in pratis montium *Generoso, Canzo, Grigna* supra *Mandello*, et *Resegone*. Haud vegetat ultra regionem alpinam inferiorem. Fl. julio, augusto.

345. LASERPITIUM *dauricum Willd. sp. pl. T.* 1. *p.* 1417.

Reperi in monte *Legnone* ultra Abietis regionem. Fl. julio, augusto.

346. LASERPITIUM *peucedanoides Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1418.

Habitat in montibus *di Esino* supra *Perledo*, *Resegone*, *Codeno, et Valmeria* supra *Mandello*. Fl. julio, augusto.

347. LASERPITIUM *Siler Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1418.

Abundat in scopulis *delle Crosgalle* prope *Bellagio*, *del Sasso Rancio*, atque in rupibus montium Vallis *Cavargna*, *Dongo ec.* Incola regionis alpinae descendit usque ad oras Larii lacus. Fl. junio, julio, augusto.

348. LASERPITIUM *hirsutum Willd. spec. pl. T.* 1. *p.* 1420.

L. *Halleri. Allion. pedem. n.* 1315.

Inveni inter rupium fissuras variis in locis montis *Legnone* supra regionem Abietis. Fl. julio, augusto.

349. LASERPITIUM *simplex* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1421.

Nascitur in montibus *Legnone*, *Pizzo di Gino*, *S. Jorio* inter limites regionum Abietis, et Mughi. Fl. julio, augusto.

350. HERACLEUM *Sphondylium* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1421.

Frequens est in pratis etiam humilioris Provinciae. Fl. julio, augusto.

351. LASERPITIUM *pilosum* *Willd. enum. p.* 310.

Inveni in monte *Biandino* supra *Introbbio* in Valle *Sasina*, atque in pratis *della Valmeria* supra *Mandello*, et legi florentem augusto. Haec species haud frequens nostris in alpibus occurrit locis praedictis a regione Fagi usque ad terminum Abietis.

352. LIGUSTICUM *austriacum* *Jacq. Willd. spec. pl. T.* 1. *p.* 1426.

Mihi obviam venit in monte *Biandino* in Valle *Sasina* supra Fagi regionem. Fl. julio, augusto.

353. LIGUSTICUM *peloponense* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1425.

Oritur in pratis montis *Generoso*, circa *Orimento*, quo in loco regionem subalpinam vix attingente solummodo mihi occurrit. Fl. julio, augusto.

354. LIGUSTICUM *apioides* *Decand. Fl. fr. T.* 4. *p.* 308.

Crescit in pratis montis *Generoso* regionem Fagi haud superantibus. Fl. junio, julio, augusto.

355. ANGELICA *sylvestris* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1429.

Abundat in locis humidis umbrosis, atque ad margines rivorum tam in montibus et collibus, quam in planiore Provincia. Fl. julio, augusto.

356. SIUM *angustifolium Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 1431.

Frequens est in fossis, atque ad margines rivorum lente fluentium in locis humilioris Provinciae, et etiam circa Comum. Fl. junio, julio.

357. SIUM *nodiflorum Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 1432.

Habitat in fossis extra urbem, et in pratis humentibus variis in locis, atque a *S. Giuseppe in Valleggio* prope Comum. Fl. junio, julio, augusto.

358. SIUM *Falcaria Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1434.

Legi ad margines agrorum herbidos prope *al Castello di Bellagio* in regione collina, ubi floridum inveni augusto.

359. OENANTHE *fistulosa Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 1440.

Occurrit in locis palustribus prope pagos *di Erba*, *Colico*, *Porlezza*, et in fossis *dell' Acqua Negra*, *Prato Pagano* ec. Fl. junio, julio.

360. OENANTHE *crocata Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 1441.

Mihi obviam venit circa lacusculum *del Piano* prope *Porlezza*, ubi florentem legi julio.

361. PHELLANDRIUM *aquaticum Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p.* 1444.

Reperitur in locis palustribus prope *Erba*. Fl. majo, junio, julio.

562. PHELLANDRIUM *Mutellina Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 1444.*

Provenit copiose in montibus editis Larii lacus, *di Dongo, S. Jorio, Pizzo di Gino, Bellorona* a termino Fagi usque ad regionem alpinam inferiorem. Fl. julio, augusto.

563. CICUTA *virosa Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 1445.*

Collegi ad oras lacusculi *d'Alserio.* Fl. junio, julio.

564. AETHUSA *Cinapium Willd. spec. pl. T. 1. p. 1446.*

Abundat in hortis, ubi crescit inter olera. A nonnullis pro Apio *Petroselino* legitur, atque recipitur non sine periculo in usum coquinarium Fl. totâ aestate.

565. SCANDIX *odorata Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 1449.*

Inveni in sylvis montanis *di Blevio.* Fl. junio, julio.

566. SCANDIX *Pecten Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 1449.*

Nascitur in agris inter segetes praesertim in locis siccioribus et apricis, *a Garzola, Camnago* ec. Fl. aprili, majo, julio.

567. SCANDIX *Antriscus Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 1450.*

Communis est ad sepes, atque in locis incultis totius fere Provinciae. Fl. aprili, majo.

568. SCANDIX *Cerefolium Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 1450.*

Colitur sed raro in hortis, ubi fl. majo, junio, julio.

569. CHAEROPHYLLUM *sylvestre Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 1452.*

Haec species est nimis frequens in sepibus collinis ubique. Fl. majo in locis humilioribus, et junio in montibus.

370. CHAEROPHYLLUM *temulum Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 1454.*

Habitat in arvis, in ruderatis, et in sepibus montium atque collium totius fere Provinciae. Fl. majo, junio, julio.

371. CHAEROPHYLLUM *hirsutum Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 1355.*

β. C. *hirsutum minimum Vandellii. op. inedit.*

Obvenit mihi haec species in montibus *Legnone*, *Resegone*, *Codeno*, et varietatem a *Vandellio* descriptam reperi in monte *Biandino*. Incola regionis alpinae inferioris descendit etiam infra terminum Fagi. Fl. julio, augusto.

372. IMPERATORIA *Ostruthium Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 1458.*

Oritur in montibus fere omnibus Larii lacus, et Vallíum *Cavargna*, *Sasina*, atque *Valmeria* supra *Mandello*, in quibus obversatur a limite Fagi usque ad terminum Abietis. Fl. julio, augusto.

373. SESELI *montanum Linn. Var. β. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 1459.*

β. S. *multicaule Retz. Ob. 3. p. 27.*

Haec varietas mihi occurrit in monte *Biandino* supra regionem Fagi, et decerpsi florentem augusto.

374. SESELI *annuum Linn. spec. pl. ed. Willd. T. 1. p. 1460.*

Nascitur in collibus *della Brianza* circa *Erba*, *Lezza*, et etiam in locis aridis montanis prope Comum. Fl. augusto, septembri, octobri.

375. PASTINACA *sativa* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1466.

Communis est in pratis, atque ad margines agrorum ubique. Fl. junio, julio, augusto.

376. CARUM *Carvi* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1470.

Copiose crescit in pratis omnium fere montium Larii lacus. Fl. junio, julio.

377. PIMPINELLA *Saxifraga* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1471.

Habitat in montibus fere omnibus Provinciae praesertim ad rupes. Fl. julio, augusto.

378. PIMPINELLA *nigra* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1471.

Nascitur in sepibus, atque in locis apricis aridis collium. Fl. augusto, septembri, octobri.

379. PIMPINELLA *magna* *Linn. spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 1471.

